

LIBER TERTIUS. DE CONSENSU CLANDESTINO.

Divisio totius libri.

Tractatus de Matrimonio clandestino maximi est momenti, ut intelligatur decretum Tridentini, sess. 24. cap. 1. de matrim. ubi clandestina matrimonia irritantur...

DISPUTATIO I.

Quotupliciter matrimonium dicitur clandestinum, & quando tale fit, ad clandestinum penas incurrendas?

S U M M A R I U M.

Clandestinum matrimonium quotupliciter dicitur: varia referuntur opiniones, num. 1. Opinio auctoris, num. 3. Opinio quod non sint questiones tractanda...

Uidam auctores sex clandestini matr. modos excogitantur. I. Est, quando sine testibus contrahitur. II. Quando consummatur ante nuptiales benedictiones...

fredus sum. vii. de cland. despons. num. 1. Perez. lib. 5. ordin. 1. l. 1. fol. 28. col. 2. Plura tamen, Gutier. 2. proclia. 4. 4. num. 13. Spino...

Potissima tamen hac in re difficultates, quale dicitur matrimonium clandestinum ad eius penas incurrendas: & ideo duplex quæstio disputanda est in præfati.

Quæstio I. An matrim. celebratum coram paroco, & duobus testibus, dicitur clandestinum, quoad penas eius incurrendas, si denuntiationes omittantur?

Tota autem difficultas est, quando illicitæ omittuntur denuntiationes. Quodam enim negant tunc esse clandestinum. Dicitur t. quia publice, & in facie Ecclesie videtur id matrimonium celebrari...

1. p. de matr. n. 243. Lud. Lop. 2. p. infr. de matr. cap. 39. s. Quæstiones autem illarum, & cap. 44. ad fin. ante solut. ad primum: Barbof. l. 1. p. 4. n. 39. p. solut. matr. Petr. de Led. de matr. q. 45. ar. 5. s. His positus difficultas est: & quidam doctor moderatus...

7. Mihi vero porius placet id matr. esse clandestinum quoad penas incurrendas. I. quia attento Concilio generali Later. & habetur c. fin. de cland. despon. hoc erat matr. clandest. quoad penas incurrendas...

8. Ad I. arg. ex propolitis n. 6. pro priori sententia, nego id dici fieri publice, in conspectu Ecclesie: immo claim, cum solemnitate ab Ecclesia requisita...

Abb. n. s. 6. Henr. n. 10. Alex. de Nevo n. 7. Prepos. num. 3. Coop. 4. decret. 2. p. c. 6. initio, nu. 12. QUÆSTIO II. An si matr. cui denuntiationes desunt, publice scienti majori vicinias parte celebretur...

Secunda sent. quam magis approbo, docet esse clandestinum quoad penas. Probatur quia attento c. fin. de cland. despons. dicitur clandestinum id matrimonium, cui denuntiationes non præmittuntur...

Non sunt tamen audiendi Zeph. conf. 503. n. 15. juncto n. 16. 11. & 17. sine, vol. 4. & Machard. de prob. conf. 1036. sine, ubi dicit, esse matr. clandestinum, celebratum coram paroco...

Ad arg. propolita n. 9. respondetur. Ad I. factor publice fieri, sed non ea publicitate, quam quis postulat. Ad 2. nego æquipollere, & esse substantiam eandem...





tant consensum sufficientem, licet materialiter, & remote sint...

Inquires autem, an hæc matrimonii annullatio pena sit: Qui...

Sed hæc sent. sic conciliandæ sunt: aut constitutio inducens...

Ad I. Argum. ex propositis n.1. quidam respondent distinguendo...

tamen, nego. Seu clarius, non potest efficere, ut aliquid sit...

DISPUTATIO V.

Utrum denunciations sint de matrimonii essentia, vel saltem...

SUMMARIUM.

Ubi erant præcepta, & an in desuetudinem abiissent, & quot...

Premiis aliquibus disp. generalibus de matrimonio clandestino...

QUESTIO II. Utrum præmittere denunciations matrimonii...

probationem dic, dari parochio limitariam potestatem, quoad...

Hinc tamen minime obstantibus, tenendum est non esse de...

Ad Arg. proposita n.2. resp. ad I. negando minorem, & ad...

probationem dic, dari parochio limitariam potestatem, quoad...

QUESTIO II. Quale peccatum sit denunciations abique debita...

Ceterum tenendum est peccare lethaliter parochum assistentem...

Si tamen parochus omittet aliquam ex tribus denunciationibus...

Similiter efficit mortale, si non fuerit denunciations in utriusque...

DISPUTATIO VI.

Ubi, & quomodo debeant fieri denunciations?

SUMMARIUM.

Referuntur varia sententiae, num. 1. 2. & 3. Debet fieri in parochia utriusque contrahentis, num. 4. & a proprio utriusque parochio, vel de eius licentia, 5. Debet fieri in propria parochia: ubi coniugis diutius habitaverunt, 6. Non est necesse fieri in Ecclesia, in qua est moderna habitatio, nec si contrahentium consanguinei non sint, ubi est antiqua habitatio, est opus ubi nulli sunt, sed, 7. Debet fieri tribus diebus festis continuis: Et an necessarium sit inter ipsos intervallum, vel quando una tantum praemittitur denunciatio, debeat incommodum celebrari matrimonium, 8. An sit necessarium, ut fiant denunciations in Ecclesia inter Missarum solemniam, 9. An possit fieri, quando non est dies festiva, confluyente magna populi concursu, 10.

1. Præmittendum est in Concilio Lateranensi, & habetur cap. fin. de clandest. de spons. in princ. statutum fuisse, ut declarationes fieri in Ecclesiis, per presbyteros competenti termino praeterito: Tridentinum vero sess. 24. cap. 1. de matrim. declarasse, ut a proprio contrahentium parochio, quibus continuis diebus festis in Ecclesia inter Missarum solemniam fierent. Hinc Innoc. tit. de spons. in princ. colligit denunciations faciendas esse in omnibus Ecclesiis loci, ubi contrahentes habitant: vel saltem in pluribus, & tot, ut verisimile sit perventuram ad omnium notitiam. Quia cum tractetur de peccato vitando, ne matrimonium prohibita contrahantur, cautius agendum est, quam in aliis, ubi requiritur publicatio.

2. Alii vero sic distinguunt, si contrahentes, & eorum maiores in certa parochia habitabant, ibi satis est denunciations fieri: si vero in diversis parochiis moram traxerint, in diversis faciendae sunt. Sic Acton. d. c. fin. nu. 16. Abb. nu. 7. Alex. de Nevo in princ. nu. 20. Palud. d. d. 2. q. 2. art. 2. concl. 2. qu. 13. Resolutio impedimentum impo. d. n. 13.

3. Alii vero censent sufficere, ut in una Ecclesia fiant: nec obstat di. c. fin. dum loquitur in plurali de Ecclesiis, quia loquitur etiam in plurali de matrimoniis. Ita docent Card. d. c. fin. n. 3. Preposit. ibi n. 7. in princ. Greg. Lop. lib. 1. verb. In la Iglesia, 3. p. 4. Et ut servari de consuetudine docent Hostien. de fin. super verb. in Ecclesiis, c. ubi lo. Andr. nu. 1. Anbar. a. 15. Imo a tenore decreto Concilii Tridentini, dicit, Anon. Cucus lib. 5. in silis. major. l. 11. n. 29. Patres concilii interpretes declarasse satis esse fieri in parochia, in qua celebratur matrimonium: & asserit testem hunc Navar. sum. c. 25. retinetque numerum. Verum non inventi locum, ubi id Navar. asserat.

4. Dicendum tamen est attendo decreto Trid. sess. 24. cap. 1. de matrim. faciendas esse in utriusque contrahentis parochia, quando diveritarum parochiarum sunt. Prob. Quia Tridentinum dicit faciendas esse a proprio contrahentium parochio: ergo uterque parochus, quando sunt diversae parochiae, eas facere debet. Praeterea, quia talis publicatio exigitur, ut scientes contrahentium impedimenta, illa detegant: sed in vicinia mulieris non possunt fieri impedimenta viri, nec e contra. Tandem, quia praxis ita testatur. Sic docent Enrig. lib. 11. de matr. c. 7. n. 1. Segura dicens sic declarasse Cardinales, 2. part. divi. jud. c. 16. n. 19. Petr. de Lodes. de matrim. q. 45. art. 5. par. 3. dub. 1. Manuel. 1. tom. sum. 1. edit. c. 217. n. 6.

5. Haec denunciations a proprio contrahentium parochio fieri debent: ut iubet Trid. d. c. 1. possunt tamen ab alio de ipsis licentia fieri. Quia Tridentinum concedit ibi, ut de licentia parochi possit alius sacerdos assistere matrimonio: ergo a fortiori poterit parochus dare licentiam alii faciendi denunciations, quod minus est: cui enim licet quod est plus, licet quod est minus reg. Cui licet, de reg. iur. in 6. Deinde, quia similiter d. c. fin. habetur denunciations faciendas esse per presbyteros, & tamen Host. ibi super v. Presbyteros, Joan. Andr. nu. 7. Alex. de Nevo in princ. nu. 16. explicat per parochos, vel alium de iporum licentia, per c. Mulieres fin. de sent. excom. ibi, Cum is communicaverit, cuius auctoritate, & mandat committi probatur. Tandem, quia praxis ita explicat, commaniter enim de mandato parochi additi hoc praestant. Sic Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. cap. 217. n. 16.

6. Debet haec denunciations fieri in utriusque parochiis, ubi diutius versati sunt, & principalem habent larem, & verisimilium est fore, ut sciatur impedimenta. Probatur quia ideo fuit, ut contrahentium impedimenta detegatur, at cum brevem moram in aliqua parochia contraxerit, ignoti sunt, impedimenta que ignorabatur. Et contra, quia ob similem rationem praecipue fuit denunciations, d. c. fin. quod Tridentinum innovat, & tamen Innoc. ibi, nu. 1. Joan. Andr. nu. 5. Ant. nu. 16. Card. n. 3. ver. Quero quid sit fin. Anbar. nu. 16. Preposit. num. 7. ver. Sed quia, Alex. de Nevo in princ. num. 21. Greg. Lop. lib. 1. verb. In la Iglesia, l. 7. par. 4. asserunt faciendas esse in Ecclesia, ubi est parentum utriusque antiqua habitatio, quia ibi melius sciunt impedimenta. Et ita tenet Segura dicens sic

declarasse Cardinales 2. part. divi. judicium, cap. 16. numer. 19.

Hinc inferunt, non opus esse fieri in parochia, in qua est moderna habitatio. Quia id nullo jure petitur, & esse nimium multiplicare denunciations. Sic Innoc. d. c. fin. 2. Joan. Andr. nu. 5. Anon. nu. 16. Alex. de Nevo nu. 22. quiamvis Anbar. nu. 16. dicit tamen esse utrobique fieri: & Preposit. nu. 7. ver. Sed quia, dicit hoc communiter reprobari. Nec, si non sint consanguinei contrahentium, ubi est antiqua eorum habitatio, sed in aliis multis locis, oportet in illis denunciations fieri, quia id nullum jus praecipit. Sic Innoc. ibi, num. 3. Joan. Andr. num. 5. Preposit. n. 7. ver. Sed quid si majores?

4. Debet fieri tribus festis continuis: ut expresse decernit Trid. cap. 1. Sed non debent immediate se subsequi, quin aliquot dierum intervallum intercedat: quia hoc tanquam juri consensum decretum fuerat in concilio provinciali Coloniensi sub Adolpho Archiepiscopo, tit. Confutur, & decreta lata pro abusu omendatione, cap. 32. & concilio provinciali Moguntino sub Sebaltino Archiepiscopo, cap. 38. quae habentur 5. tomo conciliorum. Praeterea, quia finis intentus detegendi impedimenta, commode obtineri non potest ob temporis brevitatem, nisi longiori termino praefinito. Quare continuatur, quam Tridentinum postulat, ex ipso fine, & aliis conciliis provincialibus, colligitur esse, ut non excludat dierum feriale, sed aliorum festorum medietationem, ita ut inter unam, & alteram denunciationem factam diebus festis, per dierum tamen feriale intervallum, non mediet astra. Et ratio est, quia si sint ita sibi immediate denunciations, non suppetet tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta: nec debent esse tam discontineae, & a se invicem distantes, ut parochiani, vel illarum obliviscantur, vel ob longum spatium delideret dardant ad impedimenta detegenda. Et si una tantum denunciatio faciendi fit omnibus duabus, non istam maxime celebrandam esse, sed aliquo temporis spatio expectandam esse, alias videtur nullius momenti illa denunciatio. Haec docet Segura 2. part. divi. c. 15. n. 30. & 21. Si petas autem quantum tempus mediare debeat? non potest certa regula praeferi, sed prudentis arbitrio, attenda notitia, quae communiter habetur contrahentium, & impedimentorum periculo, relinquendum est: communitur tamen satis videtur, si duo dies intercedant inter unam, & alteram notationem.

5. Tridentinum jubet denunciations diebus festis, & in Ecclesia inter Missarum solemniam, faciendas esse: at idem credo esse, si extra Ecclesiam in locis competentibus, ut in predicationibus magna populi copia conflente fierent. Probatur, quia eodem modo dicitur d. c. fin. denunciations debere fieri in Ecclesia, & tamen posse fieri extra in eae cauta, docent ibi, Host. super v. In Ecclesiis, Joan. Andr. n. 5. Anon. nu. 16. Anbar. n. 15. Abb. nu. 7. Alex. de Nevo nu. 20. Preposit. nu. 7. in princ. Rosella v. Impedimentum, imped. 1. num. 15. quiamvis id negat Card. ibi, n. 3. ver. Quero quid si sint: scilicet tamen nec vitari clandestinitatem, & negat licere, quia indecens est de sacramento extra Ecclesiam tractare. Verum textus hoc non considerat, si enim matrimonium ipsum licite extra Ecclesiam contrahitur, cur non denunciations? Quare finis illis decreti, & Tridentini, dum petit in Ecclesia, & diebus festis, inter Missarum solemniam denunciations fieri, est, ut ad multorum notitiam matrim. perveniat, quo facilis impedimenta detegatur: diebus enim festis inter Missarum solemniam ingens hominum copia solet confluere in Ecclesiam: cum ego iusticiantissime huic fini satisfaciat, quando in locis publicis, ubi major est populi concursus, herent, satis erit.

Hinc infero, eadem ratione idem dicendum esse, quando non esset dies festiva, at aliqua ex causa est magna populi concursus ad Ecclesiam: ut quia est festus vocacionis illius Ecclesiae dies, vel quia insignis concionator habet concionem, qua satis conciliantur: & eadem praorsus militat ratio.

DISPUTATIO VII.

Quis possit dispensare, ut denunciations matrimonii omittantur?

SUMMARIUM.

Attento iure antiquo non poterat Episcopus, nisi in casu urgenti necessitati, num. 1. Poterat ex consuetudine, num. 2. Et hodie attento Tridentino potest, 3. An possit habere jurisdictionem quasi Episcopalem, & magistris scholarum Salamancae, 4. An possit Episcopus breviare, vel prolongare tempus denunciationum, 5. An possit dispensare, ne fiant diebus festis, n. 6. Et an possit Episcopus alterius cum uroque contrahentis dispensare, 7. Quot sint questiones disputandae, 8. An possit vicarius Episcopi referri opinio negans, num. 9. & contraria, 10. Quid, de vicariis ordinis S. Joannis, num. 11. Et quid, de foranicis, 12. Quid, si Episcopus sibi reservat hanc dispensationem, 13. Solvantur argumenta, 14. An possit parochus referuntur, quae sint certa, 15.

Referitur

Disputatio VII.

Referuntur opinio affirmans, posse propter multos impedimenti suspiciones, 16.

16. Referuntur opinio affirmans, posse propter multos impedimenti suspiciones, 16. Vera opinio, non posse, & aliter faciliorem puniendum esse, n. 17. Et ubi clausula in fine postea referat ad omnia praecedentia: & quid dicitur, Deinde, in posterum. An possit Episcopus delegare facultatem dispensandi in his denunciationsibus: referuntur due opiniones, n. 18. & 19. Quando committitur negotium ordinarium, vel prudente, & iudicio alicuius, an consensu electa industria personae, ut ut ut ea delegari non possit, n. 18. Junct. num. 20. Verior opinio post Episcopum delegare, nu. 20. Et ubi, Junctio n. 19. an possit causas matrimoniales delegare. Vicarius Episcopi potest delegare, nu. 21. Et solvantur argumenta, 22.

17. Aliquot sunt conclusiones, in quibus est minor difficultas, quibus praemissa, quae dubia sunt, disputabuntur. I. Conclusio. Attento iure antiquo non poterat Episcopus dispensare, ne denunciations praemitterentur matrim. quia erant praecipuae in concilio generali Lateranensi, in cuius lege nequit Episcopus regulariter dispensare: ut probavi l. 2. disp. 40. n. 3. Et ita docent Palud. d. d. 28. q. 2. art. 3. n. 21. D. An. 3. p. 1. l. 1. c. 16. fine, Navar. sum. disp. c. 22. n. 69. Per praed. 2. i. prelad. 3. n. 11. Enrig. l. 12. de matr. c. 5. num. 5. in commentu. l. 3. Salcedo praed. c. 72. g. Dispensat. Quod intelligit, nisi in casu urgenti necessitatis, quando esset periculum in mora: tunc enim posse Episcopum in ea lege dispensare, probavi eodem num. 3.

2. Jam ex consuetudine licita, & tolerata a Pontifice poterant Episcopi dispensare. Sic Henricus c. fin. n. 13. de clandest. de spons. Palud. & D. An. n. praed. allegat. Sit. matr. c. 6. qu. 7. d. 2. Bernard. Diaz praed. in 2. edit. apud Salcedo, cap. 73. fine. Sotus d. d. 28. q. 1. art. 2. ver. De banis, Bart. a Led. dub. 21. de matr. lib. 6. Summe, casu 221.

3. II. Conclusio. Hodie potest Episcopus dispensare, ut omittantur tres denunciations, vel aliquam illarum, ante, & post matrim. consummationem: ut expresse definitur in Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.

4. Hinc inferunt, idem posse Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullaque diocesano subditos. Quia Concilium hoc committit Ordinario, si autem Ordinarius sunt. Sic Nav. l. 4. consilium, in 1. edit. de sponsal. cons. 5. n. 2. d. d. clandest. de spons. cons. 2. Enrig. l. 12. de matr. c. 5. n. 5. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 4. ubi iura alicuius de magistro scholarum Salamancae, respectu scholariorum, qui in matricula adscripti sunt quod verum est, in quibus habent jurisdictionem quasi Episcopalem. Qui autem ius hi, dicam hoc 3. l. tota disp. 28.

2. Inferunt, hoc, qui possunt in denunciationsibus dispensare potest similiter ex iusta causa breviare, vel prolongare denunciationum tempus: quia si possunt quod plus est, nempe omnino remittere, poterunt hoc quod minus est, reg. Cui licet, de reg. iur. in 6. Sic Segura directorio iudicium 2. p. c. 16. n. 3.

3. Inferunt, potest similiter ex iusta causa dispensare, ne denunciations diebus festis, sed foribus fiant. Quia hoc minus est, quam remittere. Sic Barth. Lodes. de matrim. dub. 21. f. 1338. quiamvis id negat Segura d. d. 16. n. 17. dicens sic esse declaratum a Cardinalibus. Sed forte illa declaratio fuit, non posse hoc ordinarie Episcopum facere, sed in casu speciali ob iustas causas: non enim video, quia ratione id negetur Episcopo, cum quod plus & sibi concedatur.

4. Ultima conclusio. Praelatis alterius contrahentis potest cum utroque dispensare in denunciationsibus, v. gr. meum matr. Cordubensis, & Granatensis, sicut potest alteruter praelatus ratione connexionis utriusque copulari matrim. ut late probavi hoc 3. l. disp. 19. n. 4. ita eo ipso quod dispensat cum uno subdito, ut abique denunciationsibus inear matrim. censetur consequenter dispensare cum alio: cum denunciations haec, & dispensatio illa ordinantur ad matrim. quod individuum est constans ex duplici extremo.

5. His praemis: 3. quaest. circa hanc dispensandi potestatem assistant fuit. I. An generalis Episcopus vicarius possit abique speciali commissione in illis dispensare? II. An proprius parochus? III. An possit Episcopus delegare hanc potestatem.

1. Quæstio I. Utrum generalis Episcopus vicarius possit abique speciali delegatione dispensare in denunciationsibus matrim. Negat quidam, dicit, quia in generali commissione vicariatus non clauditur dispensandi potestas: ut probavi l. 2. disp. 40. n. 12. Ita tamen Patres congregati in concilio provinciali Toletano habito anno 1583. (ut refert Segura n. seg. allegandus). Eandem tenent Membr. conf. 69. n. 55. & seg. vol. 1. Zephalus conf. 421. a n. 72. usque ad 75. 003. Per praed. 2. tom. prelad. 3. fine, Spino speculatoelementum n. 21. nu. 29. Enriguez dicens sic declarasse Cardinales, lib. 11. de matr. c. 5. n. 5. An. Gomez in bulla cruxata, c. 4. q. 4. n. 19. & 21. Et est probabilis.

2. Contraria tamen iure mihi multo magis placet. I. quia Trid. sess. 24. de matr. c. 2. hanc dispensandi potestatem concedit Ordinario, ibi, Nisi Ordinarius ipse expresse iudicaverit, ut praed. denunciations omittantur. Sed vicarius generalis Episcopi est Ordinarius, & nomine Ordinarii comprehenditur: ut latissime probato hoc 3. l. disp. n. 3. & 5. ergo potest virtute huius decreti dispensare in denunciationsibus. Et confirmatur, quia eod. c. 1. decidit Trid. debere matr. interesse parochum, vel alium sacerdotem de licentia parochi, aut Ordinarii, sed Thom. Sanchez de Matrim. Tom. I.

nomine huius Ordinarii intelligitur etiam hic vicarius, ut probato eadem disp. 19. n. 18. ergo etiam intelligitur, dum ibi committit Ordinario potestatem in denunciationsibus dispensare. 2. Quia ante Trid. poterat ex generali commissione dispensare, teste Palud. d. d. 28. q. 2. n. 21. non autem reperitur Trid. id el negare, sed potius concedere. Tandem, quia quando Trid. excludere voluit vicarium, id exprimit, ut sess. 24. c. 6. de resor. ibi, Et non eorum vicarius. Pro hac sent. est Nav. l. 4. consil. in 1. edit. tit. de spons. con. 5. num. 1. q. 2. 1. de clandest. disp. con. 2. ubi ait non solum Episcopum, sed omnibus Ordinariis concedi praedictam facultatem in Trid. Et Flaminus de resignat. benef. l. 3. q. 11. n. 20. c. 71. ubi ait quoties in Trid. concessit ab ipso Ordinario, nomine Ordinarii comprehendi vicarium generalem Episcopi ut d. c. 1. Et tenent in propriis terminis Claudius add. ad conf. Borraz. conf. 283. fin. Jac. Sanchez l. 2. de vicario Episcopi. qu. 201. nu. 1. & seg. c. 943. n. 28. 29. Veracurz append. ad specul. dub. 1. f. 4. col. 2. fine. Guiter. l. 1. q. can. c. 19. n. 15. Segura direct. iud. 2. p. c. 16. n. 2. & 3. Salcedo dicens praemixi totius oris sic recipit, praed. c. 73. fin. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 4.

3. Hinc inferunt, vicarius ordinis D. Joan. possit dispensare in his denunciationsibus. Quia ibi Ordinarius legitimus huius vicarius legitimum. Quia ibi Manuel. cod. c. 217. num. 4.

2. Inferunt, vicarios Episcopi fornicos non posse abique speciali commissione in his denunciationsibus dispensare: quia tunc delegati ad speciales causas. Sic Veracurz append. ad specul. dub. 1. fine. Guiter. d. cap. 19. fine. Manuel eodem cap. 217. num. 4.

Tandem intelligenda est haec sent. nisi Episcopus facultatem non dispensandi in denunciationsibus sibi referret: tunc enim non possit vicarius generalis Episcopi. Sicut enim potest Episcopus totum vicarium evocare, ita & partem. Sic Guiter. c. c. 19. num. 15.

4. Ad argum. propositum num. 9. dicit, quavis ex generali commissione vicarius, non possit dispensare in omnibus, in quibus potest Episcopus, posse tamen in casibus, quorum dispensationem sibi committit Ordinarius. Quæstio II. An possit parochus in aliquo eventu remittere denunciations, seu in illis dispensare? Et ut certa ab incertis discernantur, non intelligitur praesens quaestio, quod de eam disputabo disp. 10. n. 27. Sed praesens quaestio est, ubi non est tale periculum in mora. 2. est certum, non posse ex alia causa, quam ex causa timoris malitiosi impedimenti de hoc enim Trid. sess. 24. c. 1. de matr. solum loquitur in verbis, quibus ab eodem parochio concedere videtur. 3. est certum, non posse parochum ex hac causa omnino remittere denunciations, non enim potest dispensare, ne ante matrim. consummationem fiant. Quia hoc Trid. ibi Ordinatio remittit, cuius nomine parochum non comprehendit nempe dubitat: & constat, ex eod. c. 1. Trid. ibi, Qui alter quam praesens parochus, vel alio sacerdote de licentia parochi, aut Ordinarii: ubi tantum distinctio ponit parochum, & Ordinarium. Tandem constat, ubi constitutio Synodalis, vel Episcopus referret hanc dispensationem, non posse parochum: ut n. 15. diximus de Episcopi vicario.

Status ergo praesens quaestio est, an propter multos impedimenti suspiciones, possit parochus remittere, seu dispensare, ut matrim. celebretur non praemissis denunciationsibus, ut postea ante consummationem fiant: attendo Trid. sess. 24. de matr. cap. 1. nisi constitutio Synodalis, aut Episcopi sibi referret? Affirmant aliqui posse quia Trid. d. cap. 1. parochus videtur remittere hoc: nam utique ad ea verba, Deinde aut illius consummationem denunciations in Ecclesia fiant: aperte videtur loqui de iis, quae ad manus parochi pertinent: nec ulisse tunc Ordinarii meminit: solumque Ordinarius remittit, quando contra locum matrim. omnino denunciations omittenda sint. Cum enim illud sit multo minus, non mirum est ut parochus committat, hoc autem sit multo gravius referret Ordinarius. Sic tenent Veracurz, append. ad specul. dub. 1. prop. 3. c. 4. Albovior l. 4. de iur. contr. l. 1. Trid. Candel. 1. de matr. n. 243. Pega 16. sum. casu 112. c. 1. 3. casu 211. & multi Theologi, & Jurisperiti, ut refert Per. de Led. de matr. q. 45. a. 5. circa 3. puntum, sum. 1. & dicit hanc videri probabiliter. Et tenet Molina l. 1. sum. c. 16. §. 13. fol. 224. col. 2. ubi ait, parochum esse puniendum, si omittat denunciations extra casum necessitatis.

5. His tamen non obstantibus, tenendum est, id non posse locum parochum. Prob. quia ante Trid. erat praecipuum de praemitendis denunciationsibus matr. cap. fin. de clandest. de spons. desumpto ex concil. Lateran. & tunc secundum omnes non poterat parochus dispensare, ergo nec modo: quia Trident. ut decretum non corrigit, sed immutat, ut constat ex illis verbis, Sacri Concilii Lateranensis vestigia innovando. Et confirmatur, quia habet hic casus tanquam omnibus, relinquendus est dispositio iuris communis, l. Commutatio. §. ff. de lib. & p. l. 2. Quia non est sententia Trident. quem contrarii intendunt, sed in verum. Quod si aliquando probabiliter suspicio, desinit eam esse iustum dispensandi causam: cuius vero arbitrio hac subiacet, non desinit ibi, sed in verisimile. Deinde, ante illius consummationem, utrumque eorum praecedentem amplectuntur: clausula enim in fine postea referat ad omnia praecedentia, l. Tali scriptura, §.